



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. I. De Ministeriis in genere.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

CAPUT I.

De Mediis in genere, iisque præsertim, quæ exercentur intra nostra Tempia.

SECTIO I.

De Ministeriis in genere.

1.  Dassectionem finis, quem sibi Societas præfigit, auxilii animarum, ad supernaturalem suum finem consequendum, media illa, quæ cum Deo instrumentum conjungunt, ac disponunt, ut à Divina manu rectè gubernetur, efficaciora sunt; quàm quæ illud disponunt erga homines. Hujusmodi est probitas, & virtus, ac præcipuè caritas, & pura intentio divini servitii, & familiaritas cum Deo, & zelus sincerus animarum, ad gloriam ejus, qui eas creavit, ac redemit, quovis alio emolumento posthabito. *b*

Unio cum Deo, alique virtutes medium potissimum.

b. p. 9. c. 2. §. 1. & p. 10. §. 2.

2. Juvant etiam Proximum sancta desideria, & orationes pro universa Ecclesia effusæ; ac pro iis præsertim, qui ad ejus universale bonum majoris sunt momenti: cujusmodi sunt Principes Ecclesiastici, & Secu-

Orationes, & bonum exemplum.

Seculares ; pro Amicis etiam , & Benefactoribus , & pro illis , in quorum auxilium Operarii Evangelici incumbunt , & pro malè affectis erga Societatem. Ad quod fines , & Missarum sacrificia dirigi possunt. Conferet etiam exemplum totius honestatis , & virtutis Christianæ : cum bonus odor , qui veritati bonorum operum innitatur , magis quàm verba , ædificationi fit. *c*

¶ P. 7. c. 4. §. 2.
3. 4. & A. &
P. 6. c. 2. §. 16.
& P. 9. c. 6. A.
& P. 10. §. 12.
& B.

Ministeria plurima.

3. Sequuntur Media externarum operationum , quarum sanè multiplex classis: cum Societas nullum ferè omiserit Ministerium ex iis , quæ Religiosi viri ad procurandam Proximorum salutem usurpare possunt. Referuntur in Formula, seu Regula Instituti , eaque sunt : Quodcumque Verbi Dei ministerium ; spiritualia Exercitia ; puerorum , ac rudium in Christianismo Institutio ; Christi Fidelium in Confessionibus audiendis , ac ceteris Sacramentis administrandis , spiritualis consolatio ; ad dissidentium reconciliationem , & eorum , qui in carceribus , vel in hospitalibus inveniuntur , pia subventio , ac ministerium ; ac reliqua caritatis opera , prout expedire ad Dei gloriam , & commune bonum visum fuerit. *d*

¶ Paul. III. p.
9. & Jul. III.
p. 61.

Quibus commendanda, & quàm sedulo.

4. Quæcumque autem ex his Ministeriis

riis suscipiantur, commendanda sunt Viris probatis, in Vocatione stabilibus, discretis, & benè instructis, & qui aliis ædificationi sint: cujus rei gratia Provincialis, præsertim sub finem studiorum, intelliget qui ex nostris, & quomodo se Externis communicare debeant. e Præ-
 terea ut eadem Ministeria ritè obeantur ex Decret. 107. Con. I. Directoria plura confecta sunt, suis infrà locis citanda.

e P. 4. c. 10. §. 10. & R. Prov. 97.

S E C T I O II.

De Sacramentorum Administratione, & præcipuè Pœnitentiæ.

1. **D**E Ecclesiis Societatis, quæ ad auxilium animarum admittuntur f aliquid superiùs dictum est Par. 3. Cap. 7. Sect. 1. ubi de Domibus Professis agebatur; cum ad has potissimùm pertineat sacra Ministeria, ad animarum auxilium, frequentare; in Ecclesiis verò Collegiorum, tunc tantummodò usurpanda sint; quando in eadem Urbe nulla est Domus Professa; nec ultra quàm Superior judicaverit. g Pro Ecclesiis autem conservandis, curandisque videndæ sunt Regulæ Præfecti Ecclesig, & Aeditui.

Ecclesia Societatis.

f P. 6. c. 2. §. 2.

g P. 3. c. 1. §. 27. & P. 4. c. 8. §. 1. & P. 7. c. 4. §. 10. & R. Prov. 101.

2. Jam